UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Marcellinus PP. S. Basileus Epis. S. Exuperantia V. 26 April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S Marcellinus PP. S Baſileus Epiſ.
S. Exuperantia V. 26 April.

Pænitentia.

Quam magna deliquimus, tam gra-uiter defleamus; pænitentia crimine non ſit minor. Cyprian

Deus qui nos B. Marcellini M. tui atque Pontificis (S Baſilei M. & Epiſ. S. Exuperantiæ V. tuæ) annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per D. N. Ieſum Chr. &c

Ora pro vnione inter Chr. princi-pes, &c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. S.Marcellinus Pp. temporibus Diocletiani Romanam rexit Eccleſiam, cui notam grauiorem aſperſiſſe viſus eſt, cũ iuſſu Diocletiani humanũ quid paſſus manu thus Dijs adoleuit, quod mente adolendum negabat. Verum hanc labem continuo, cũ S. Petro expunxit, cũ & apud Imp. factum damnauit, & in Concilio Sinueſſano pœnitens apparuit. Quare morti ab Imp. addictus 36. dies inhumatus iacens S. Petri apparentis iuſſu eſt ſepultus.

2. S. Baſileus Epiſ. & M. ſub Licinio Imp. occiſus eſt in fidei confeſſione. Corpus eiuſdem in mare proiectum ab Elpidiphoro Angeli S. monitu repertum honorifice eſt tumulatum.

3. S. Exuperantia Virgo Trecis in Gallia Deo deuota, naturæ imbecillitatem diuinæ gratiæ affluentia generoſe ſuperauit, orationum inſtantia & abſtinentiæ aſſiduo vſu.